

potens pater · In lumine tuo filio · lumen videbimus  
 sp̄s sc̄i · Sicut ipse dñs ostendit dicens · Accipite sp̄m  
 sc̄m · Et alibi · & virtus exiabat de eo · Ipsum autē  
 patrem quis dubitā lumen esse · cum lectum sit de  
 filio eius · quia splendor est lucis aeternae · "Cuius  
 enim · nisi patris splendor est filius · quid & cum patre  
 semper est · nec dissimili · sed eadem claritate pre  
 fulget · Et esaias significat · non solum lucem · sed  
 & iam ignem esse sp̄m sc̄m dicens · Et erit lux israhel  
 in igne · <sup>†</sup> qui in tribus istis generibus · propensius ma  
 iestatem diuinitatis aduertimus · quō & sc̄ificare di  
 uinitatis · & illuminare ignis · & lucis est proprium ·  
 & in specie ignis exprimi · vel videri diuinae est con  
 suetudinis · Dñs enim est ignis consumens · Sicut  
 moyses dixit · Vidit enim ipse in rubo ignem · & au  
 dierat dñm tunc · quando vox facta est de flamma  
 ignis ad eum dicens · Ego sum dñs abraham · & dñs isaac ·  
 & dñs iacob · Vox ergo de flamma · & in rubo flamma ·  
 & flamma non noxia · Urebat enim rubus & non  
 exurebatur · eo quod illo mysterio dñs figurare  
 tur · Quia & illuminaturus spinas nostri corporis

† Itaq; propheta eum in igne ardenti uidit ·